Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31279
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



vultum tuum deprecabunt omnes divites plebis. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi. Offerentur in letitia et exultacione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui dñe in omni generacione et generacionem. Propterea populi confitebuntur tibi in eternum et in sclm